

firma tibi, tuisque successoribus, & illibata manere, presentis decreti pagina decernimus, & sancimus, ut ex iis omnibus Ecclesiis decimas, & consuetudines ecclesiasticas perpetuo habeatis, jura pontificalia. Statuimus, ut nulli omnino hominum liceat predictam Ecclesiam temere perturbare, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia, sicut superius designata sunt, immota perpetuo conserventur, & integra. Tu autem, frater in Christo carissime, commissum tibi officium debita sollicitudine attende: cura in conspectu Dei esse, quod diceris: luceat lux tua coram hominibus, ut non credentes tuis bonis exemplis, & assiduis exhortationibus ad Dominum convertantur, & credentes, Deum patrem, qui in caelis est, glorificent. Si quis vero Sacerdotum, Regum, Principum, Ducum, Comitum, Judicum, aut quorumlibet secularium, hanc nostrae confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioque commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructus bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem aeternae pacis praemium inveniant. Amen. Amen. Amen. Datum Anagninae per manus Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, Kal. Decemb. Indict. I. Anno Domini. Incarn. MXCIII. Pontificatus autem Domini PP. Urbani Secundi anno VI.

Decretum pro ejusdem Ecclesiae libertate ab omni vexatione.

Adhortatio ad Rogerium Episcopum.

Anathema contra Violatores Privilegii hujus.

Dat. die 1. Decembris anno Domini 1093. Pontificatus Urbani anno VI.

XVIIII.

Restitutio Atrebatensis Ecclesiae, cui proprium praesertim Episcopum decernitur.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, dilectissimo in Christo Fratri Lamberto Atrebatensi Episcopo, nostris manibus consecrato, ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Ex Spicilegio Dacher. Tom. III.

In Provincia duodecim Episcopatus.

Rhemenis Ecclesia Metropolitana.

Atrebatensis Ecclesiae calamitates;

Postmodum reintegrata.

Liquet sanctorum Canonum institutis integram esse Provinciam, & Metropolitanum proprium debere sortiri, quae duodecim constat Episcopatibus. Secundam igitur Belgicam constat integritatem Provinciae obtinere, quae duodecim quondam scitur Episcopos habuisse; & Remensem Ecclesiam jure Metropolitanam haberi, quae tot solet Suffraganeis eminere. Caeterum, peccatis exigentibus accolarum, cum irruentibus barbaris urbes quaedam detritae sunt, duodecim ille numerus imminutus est; inter quas Atrebatum, nobilis quondam & populosa civitas, quae per B. Remigium, Episcopum Vedastum obtinuit, post nonnullorum Antistitem obitum Episcopalis cathedrae perdidit dignitatem, & per nonnullorum tempora Cameracensi Episcopo subdita obediit. Porro nostris temporibus supernae miserationis respectu praedicta Civitas in ejusmodi statu reducta est, ut & populi frequentia, & divitiarum abundantia Cameracensem superaret civitatem. Dignum igitur Spiritui Sancto

& auctoritati apostolicae visum est, ut Atrebatensi Ecclesiae Cardinalis restitueretur Antistes. Sanctum enim Sardicense Concilium statuit, non passim Episcopum ordinari, nisi aut in civitatibus, quae Episcopos habuerunt, aut quae tam populose sunt, ut habere mereantur Episcopum. In secundo quoque Concilio Africano decernitur, ut illa Dioecesis, quae aliquando habuit Episcopum, habeat proprium; & si, accedente tempore, crescente fide, Dei populus multiplicatus desideraverit habere proprium Rectorem, ejus videlicet voluntate, in cujus potestate est Dioecesis constituta, habeat proprium Episcopum. Beatus quoque Gregorius in Sardinia apud Phasianam oppidum secundum pristinum modum reordinari precepit Antistitem.

Et nos ergo Atrebatensis Ecclesiae restitutioni, & Remensis Metropolis redintegrationi pro nostri officii debito imminentes, te, frater charissime Lamberte, Cleri plebisque consensu electum unanimi, beato Vedasto, & Sanctis, qui in Urbe ipsa quondam praesiderunt, Pontificibus constitutum successorem. Per praesentis itaque Privilegii paginam Legitimum perpetuum statuimus, ut Atrebatensis Ecclesia deinceps semper Cardinalem Episcopum fortiat. Quicquid autem praedictae Ecclesiae Beatus Remigius contulit, quicquid antiquis temporibus, dum Episcopali dignitate polleret, eam possidere constituit, salvis legalibus institutis, & Romanae Ecclesiae Privilegiis, ratum tibi ac tuis successoribus sancimus permanere. In quibus nominatim Archidiaconias duas, quarum una Atrebatensis, altera dicitur Ostrevandensis, praefatae Ecclesiae confirmamus; & illos omnino limites inter Atrebatensem, & Cameracensem Ecclesias fore praecipimus, quos antiquitus fuisse, vel scriptorum monumentis, vel territoriorum diremptione, vel certis aliquibus inditiis potuerit comprobari; ut, annuente Deo, Ecclesiarum pax nulla occasione turbetur; & quae pro fidelium salute statuta sunt, perenni tempore inconcussa stabilitate persistant. Sane si quis in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut Vicecomes, Judex, aut persona quolibet magna vel parva, hujus nostri paginam sciens Privilegii, contra eam temere venire praesumpserit, secundo tertioque commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic bonae actionis fructum percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant.

Scriptum per manus Boni-Hominis Scriptorii sacri Palatii. Datum Romae per manum Joannis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Diaconi, X. Kalendas Aprilis Indictione II., anno Dominicae Incarnationis Millesimo Nonagesimo Tertio, Pontificatus autem Domini Urbani II. Papae, septimo.

Quibus civitatibus praeficiendi Episcopi.

Lambertus Episcopus Atrebatensis confirmatur.

Confirmantur quoque bona omnia ad eandem Ecclesiam pertinentia.

Limites assignantur Atrebatensi, & Cameracensi Ecclesiis.

Solite clausula.

Dat. die 22. Martii anno Domini 1094. Pontificatus anno VII. leg. Quarto ut caetera convenient.

XIX.

Sequitur ad Populum & Clerum Atrebatem. ut Episcopum sibi eligant; Electo vero onus detrectare interdicitur.

Ex Baluzii Miscell. Tom. V. pag. 238.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei Clero & Populo Atrebatensi, salutem & apostolicam benedictionem.

Atrebatensis Ecclesia, una ex nobilioribus Ecclesiis Comprovincialibus Remensis Metropolis, solemnibus Canonum mormentis freta, olim principalis Sedes Episcopatus fuit, proprium Pontificem habuit, suam Dioecesim, & caetera Pontificalia jura firmis antiquitate rationum instrumentis obtinuit.

Volumus itaque, & apostolica auctoritate praecipimus, ut iugo Cameracensis subjectionis ab Ecclesia vestra excusso, & accepta dignitate primis temporibus rationabili firmitate possessa, Cardinalem Episcopum, vobis & Ecclesiae vestrae utilem, eligere, & per manum Metropolitanam vestri consecrare, & Ecclesiae vestrae incardinare studeatis. Ei vero, qui canonico consensu Cleri & Populi electus fuerit, apostolica auctoritate interdiciamus, ne impostam ipsi electionem dissimulatione aliqua hujus novae ordinationis subterfugiat.

Solet enim fieri, ut Ecclesiae persecutionis tempore suis ordinibus, suis populis, subsidiis etiam temporalibus destituta, aliis temporaliter committantur Ecclesiis. Postquam vero iis, quibus imminuta fuerant, Domino donante, abundare coeperunt, pristinam recipiant dignitatem.

Data Romae

XX.

Sequitur adjudicatio Atrebatensis, & Ostrevandensis Archidiaconiarum pro sustentatione Atrebatem. Episcopi.

Ibid. pag. 264.

Urbanus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Alardo Atrebatensi, & Bernardo Ostrevandensi Archidiaconis, omnibus Praepositis & Decanis cum omnibus Cleris, qui in praedictis Archidiaconis sunt, salutem & apostolicam benedictionem.

Apostolicae Sedis nos compellit auctoritas, universis per orbem terrarum Ecclesiis providere, & sua jura poscentibus paterna compassione succurrere. Quia igitur Atrebatensis Ecclesia, multis jam temporibus propria carens dignitate, Cameracensis Ecclesiae jugum pertulit, dignum profecto duximus, ut propitiante Domino amissa ei dignitas ex Apostolica Sedis benignitate restitueretur. Neque enim subjectionem Atrebatensis Ecclesiae aliquod Romanae auctoritatis chyrographum Cameracensis vendicet; & Atrebatensis populostas longe illam, cui haec tenus subdita fuerat, antecedit.

Et Canonum itaque Decretis, & Praeceptorum nostrorum exemplis freti, nunc tandem, annuente Domino, Atrebatensium iustis votis,

& petitionibus importunis effectum dedimus, & venerabilem virum Lambertum, quem communi assensu electum, ad nos cum communi decreto adduxerant, in Episcopum consecravimus; quaeque ad Atrebatensem Parochiam antiquitus pertinuisse noscuntur, ipsi & ipsius successoribus perpetuo regenda, & episcopali jure possidendi, Privilegii auctoritate confirmavimus; nominatim Archidiaconias duas, quarum una Atrebatensis, altera dicitur Ostrevandensis. Vestram ergo dilectionem literis praesentibus admonemus, atque praecipimus, ut ei deinceps tamquam Cardinali Episcopo, & tamquam B. Petri manibus consecrato, subesse & obedire juretis; unde & vos, & clericos universos, qui in praedictis Archidiaconis sunt, a professione Cameracensis Ecclesiae absolvimus.

Si quis vero, hujus nostrae Constitutionis tenore perspecto, praedicto confratri nostro Atrebatensi Episcopo obedire contempserit, quacumque in eos sententiam ipse Episcopali moderamine dictaverit, auctoritatis nostrae pondere firma permaneat.

Data Romae XIII. Kalendas Aprilis.

XXI.

Confirmatio restitutionis Oblationum Monasterio S. Egidii in Septimiana, factae per Raymundum Comitem Tolosanum.

Edidit Baluzii Miscell. Tom. VI. pag. 382.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, universis per Gothicam Provinciam fidelibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum omnibus nobis volumus, quia dilectus filius noster Raymundus Tolosanus Comes, tam nostri quam aliorum religiosorum virorum monitis excitatus, & omnipotentis Dei timore compunctus partem, immo rapinam, quam ex parentum suorum invasione in Altari S. Egidii, & reliquis ipsius Ecclesiae Altaribus habere solitus erat, Deo, ac Sanctae Dei genitrici Mariae, Sanctisque Apostolorum principibus Petro ac Paulo, & B. Confessori Egidio reddidit. Quae redditio five dimissio in Tolosana synodo facta est coram Legato nostro Bernardo Tolosano Archiepiscopo, & pluribus tam Episcopis quam Abbatibus. Item in festivitate Sancti Egidii coram eodem Legato nostro aliisque quamplurimis Episcopis, vel Abbatibus, eandem redditionem cum uxore sua Hervira, & filio Bertranoro super Altare Beati Egidii confirmavit, duobus illic nummis Egidienis monetae positis. Igitur nos secundum ipsius Comitum postulationem pro sua & parentum suorum salute factum hoc auctoritate apostolica confirmamus; & Omnipotentis Dei misericordiam deprecamur, quatenus, quae de rerum ecclesiasticarum usurpatione haecenus admiserunt, sua eis propitiatione indulgeat, & a suorum delictorum vinculis per se, per Sanctorum Apostolorum, & S. Egidii merita & preces absolvat. Porro tam ipsum quam ejus posteros universos, si Altarium oblacionem ulterius invadere tentaverint, anathemate subjicimus, & ab universo Ecclesiae consortio segregamus. Quicumque etiam vel ab ipso Comite vel ab alio quolibet de oblacionibus illis feudum

Facta per Raymundum Comitem restitutione.

Confirmat.

tenet, hujus Decreti tenore cognito, nisi omnino Ecclesie reddiderit, eidem anathemati subiaceat. Ipsis etiam Monachis sub anathemate interdici-

Dat. die 18. Februarii anno Domini 1095. Pontif. anno VII.

XXII.

Monasterium Hirsaugien. Spiven. Diocesis sub protectione Sedis Apostolicæ recipitur; Bonaque omnia eidem confirmantur.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Gebehardo Monasterii Hirsaugiensis Ab-

Ex Tom. 1. Annalium Hirsaugiensium a Tribemio descripti.

Exordium.

CUM universis sanctæ Ecclesie filiis pro Apostolicæ Sedis auctoritate ac benevolentia debitor existamus, illis tamen locis ac personis, quæ specialius & familiarius Romanæ adherent Ecclesie, quæque ampliori Religionis gratia eminent, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Unde nos, beati prædecessoris nostri Gregorii formam sequentes, eadem tibi tuisque legitimis concedimus successoribus, quæ ipse prædecessori tuo Willelmo & ejusdem Monasterio precibus, Adalberti Comitum, concessit & confirmavit; qui æternæ retributionis amore succensus in prædio suo, quod dicitur Hirsaugia, Monasterium a progenitoribus suis antiquis constructum, nuper amissa restituens venuste reparavit, & in usus fratrum inibi Deo ferventium pluribus possessionibus, & redditibus ampliavit. Quam suæ liberalitatis institutionem ne ulla in posterum perverforum hominum audacia minuere aut violare præsumat, Apostolicæ auctoritatis privilegio muniri, & S. R. E. tuitione roborari postulat. Quamobrem, præfatum Monasterium sub Apostolicæ Sedis protectione, ac tutela specialiter amplectentes, præsentis privilegii pagina statuimus, ut quæ hodie idem Cœnobium juste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium, juste & canonicè poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant; In quibus hæc nominatim designanda duximus: Cellulas S. Gregorii, quæ dicitur Richenbac: & S. Martini, quæ dicitur Vischbahajo: & prædium, quod dicitur Gilstein, quod datum est pro Cella S. Petri; Constituentes, ne vel tu, Alii charissime Gebeharde, vel quilibet tuorum successorum, præfatas Cellulas destruere, vel ea, quæ illis jam concessa sunt seu concedentur, temere præsumatis imminuere. Præterea decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus

Confirmatur Monasterio hæc concessio a Gregorio PP. VII. Monast. hoc ab Adalberto Comite constructum.

Sub protectione Sedis Apostolicæ recipitur.

Bonaque omnia eidem confirmantur.

Immune declaratur a quacunque molestia &c.

Adalberti Diploma ratum habetur.

Abbas electio Monachis asseritur.

Qui diocesanæ lege Spirensi Episcopo subiciuntur.

Adalberti filii perpetui Monast. ejusdem Advocati.

Annus census Lateranen Palatio persolvendus.

Clause.

Dat. die 8. Martii anno Domini 1095 Pont. an. VII.

Sequi-

XXIII.

Narbonensi Ecclesie Primatus asseritur in duas Narbonas, quarum Ecclesie metropolitico jure eidem subiciuntur.

Ex Chartular. Ecclesie hujus editis Baluzius in Appendice Actorum ad Petrum de Marca de Primatibus.

Exordium.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto in Christo Fratri Bertrando Narbonensi Archiepiscopo perpetuam salutem in Domino.

POTestatem ligandi, atque solvendi in cælis, & in terra beato Petro ejusque successoribus auctore Deo principaliter traditam illis Ecclesie verbis agnoscat, quibus Petrum est Dominus allocutus, quæcumque ligaveris super terram erunt ligata, & in cælis, & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis. Ipsi quoque, & propriæ firmitas, & alienæ fidei confirmatio eodem Domino auctore præstatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, ut non deficiat Fides tua, Petre, & tu aliquando conversus, confirma Fratres tuos. Oportet ergo nos, qui licet indigni Petri sedem videmur habere, prava corrigere recta firmare. & in omni Ecclesia ad æterni arbitrium Judicis sic disponenda disponere, ut de vultu ejus judicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem. Fraternitatis igitur tuæ justis petitionibus annuentes Sanctam Narbonensem Ecclesiam, cui divina largiente clementia præsidet possidendam, regendam, ac disponendam præsentis tibi Decreti pagina confirmamus. Nos enim te in Nemausensi Ecclesia Episcopum consecravimus, & exigente necessitate ad tuam te transferri Metropolim per suffraganeorum electionem auctoritatis nostræ scriptis permisimus, quod nulli deinceps concedimus permittendum. Has igitur Civitates eidem Ecclesie, tuæque Fraternitati sancimus esse subjectas, Tolosam, Carcazonam, Elnam, Biterrim, Agdam, Magalonam, Nemausum, Uticem, Lugdevem. Salvo tamen in omnibus Sedis Apostolicæ jure. Præterea Primatum Aquis Metropolis, quæ est Narbonensis Secunda, & quicquid dignitatis, vel honoris eandem Narbonensem Ecclesiam antiquitus jure habuisse constitit (a).

Bertrandus antea p. Nemausensis Ecclesie Narbonensem prædicatur.

Civitates ei subijctæ.

Primatus Narbonensis secunda.

(a) Quam impensa sollicitudine servandam Narbonensis Ecclesie dignitatem, tuendamque ejus bona curaverit Urbanus PP. ex præfati patet Documento. Duas inuper præfate referre Epistolæ in eadem rem ab eodem Pontifice datas, quarum prima Raimondo Comiti Narbonen atque Aimerico Vicecomiti scripta deimas Dalmatio Archiepiscopo solvi, bonaque ab hac ecclesia injuste a pravis hominibus ablata restitui mandat, altera, quam Raynerio S. R. E. Cardinali, & Legato desit, ejusdem Ecclesie dignitatem, ejusque auctoritatem in Episcopos Provincie Tarraconensis tueri. Illam sollicitudinem editam a Samaritanis Gallie Christianæ antiquæ editionis Tom. I. pag. 375. tenoris qui sequitur

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, Clero & Populo Narbonensi, Raimondo videlicet Comiti, atque Aimerico Vicecomiti, carissimis filiis Apostolicam benedictionem.

Venientem ad nos Reverendissimum filium nostrum Dalmatium vestratem Archiepiscopum debita benignitate suscepimus, ejusque Reli-

Nos quoque præsentis Decreti pagina inconcussum, & inviolabile perpetuo manere decernimus. Pallium autem Fraternitati tuæ ad Missarum tantum solemniam celebranda ex more concedimus; quo in subscriptis tibi solummodo licebit uti diebus, scilicet diebus in Nativitate Domini, in Epiphania, in omnibus beate Mariæ festivitibus, in Cena Domini, in Resurrectione Domini duobus diebus, in Ascensione Domini, in Pentecosten in Nativitate beati Joannis, in Natalibus Apostolorum omnium in festo beati Martini, in solennitatibus Sanctorum Martyrum Justi, & Pastoris, ac Pauli Confessoris in consecratione Episcoporum, & Ecclesiarum, in ordinatione clericorum. In quo quid ponderis tibi, ac sollicitudinis injungitur considerare te diligentissime convenit. Hujus enim indumenti honor, humilitas, atque justitia est. Tota ergo mente Fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis humilem, & in adversis, si quando venerint, cum justitia erectam, amicum bonis, perveris contrariam, nullius unquam faciem contra veritatem recipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentem, premens, misericordie operibus juxta virtutem substantie insistent, & tamen supra virtutem insistere cupiens infirmis compatens, bene valentibus congaudens de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis fervens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens, in ira Judicium sine ira tenens, in tranquillitate autem serenitatis justæ censuram non desrens. Hæc est, Frater carissime, Pallii accepti dignitas, quam si sollicite servaveris, quod fors accepisse ostenderis intus habebis. Fraternitatem tuam omnipotens Dominus per tempora longa conservare dignetur incolamem. Scriptum per manum Petri Scrinarii Sacri Palatii. Datum Laterani VIII. Idus Novembris per manum Lanfranci vicem agentis Cancellarii anno Dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo VII. Indictione VI. Pontificatus autem Domini Urbani II. Papæ anno X.

Pallium Bertrando concessum.

Dat. die 5. Novembris Anno Domini 1097. Pontif. Anno X.

gionem & probitatem jamdudum agnoscentes, ipsum dilectioni vestræ Apostolicæ Sedis operibus commendamus. Vos ei, ut devoto & catholico Patri dilecti filii obedite, reverentiam, & debitam subjectionem, ut Domini Vicario in omnibus exhibete, decimas unicuique Ecclesie pertinentes, ex integro reddite, & quæcumque Episcopalis justitiæ sunt integra sibi conservate; quæ autem vobis ex Deo dixerit, pro Christo enim, legatione fungitur inter vos, observans pro Christo, ut reconciliemini Deo, ipsum igitur sicut Deum honorantes, & audientes, mores vestros corrigite, a vitiis abstinete, Deo in omnibus placere curate; si enim Deo in omnibus placere studueritis, pastorem profectò placentem Deo habebitis, & summum pro vobis judicem interpellans, nisi vestra delicta impediant, copiosius audietur. Eis autem, qui bona Narbonensis Eccle-